nubo nupſi. ſcribo ſcripſi faciunt. q̄uis analogia
p b cogit ſcribere. ſʒ euphonia ſupat. que eciam
nuptam non nubtam. et ſcriptū non ſcribtū com
pellit p p non p b dicere et ſcribere.

Viſo de lrā. nunc uidendū ē de ſillaba. et de
ſillaba hoc mō. Primo quid ſit ſillaba. q̄t
literis conſtare uidetur et p̄t. et quo ordi
ne. Secūdo de literis terminantibuſ ſillabam. Ter
cio de accn̄tibuſ ſingulis ſillabis. ¶ Scias ergo ꝙ
ſillaba ut dicit ps in ij ma. eſt compꝛehenſio lrāꝝ
conſequens ſub vno accentu et vno ſpū prolata.
Abuſiue tamen et ſingulariū uocaliū ſonoſ ſilbas
nominamus. Poſſumuſ tamen et ſic diffinire ſil
labam. Sillaba ē uox lrālis q̄ ſub vno accentu .i.
vno ſpū indiſtanter profertur. A ſingulˀ tamen in
cipiens. Non plus ꝙ̄ ad ſex literas procedere ſilla
ba p̄t in latino ſermone. ut a ab ars mars ſtans
ſtirps. ¶ Et ſciendū ꝙ ſillabe que ex ſinguliſ con
ſtant literis non plures ſunt ꝙ̄ ipſe uocaleſ ex q̄
bus fiunt. Quot autem ex amplioribus pene in
numerabiles. Nulla ſillaba treſ uocales habet. vn̄
u et i non aliter iūgunt̄ dyptongis niſi loco poſi
te conſonantiū. u tn̄ eciā tūc iungi p̄t dyptōgo cū
amittit vim lrē ut quae linguae. ſepe inueniunt̄
ꝓ duabuſ uocalibuſ iūctis. h̄ eſt ꝓ dyptongo ſin
gule uocales poſite. ut ploſtꝛ ꝓ plauſtꝛ. et inqui
ro ꝓ inquaero. et ubiqꝫ pro eu dyptongo e prod

uł J. Que ſingulaꝝ lr̃aꝝ ſint ſillabe ex uocalibus
ut dictuꝫ eſt conſtat ut a et e. et cetera. Quod au
tem ex duabus conſtant uł a uocalibus fiunt. et
inuenit̃ dyptongus. ut ae oe. uł a uocali et conſo
nante an̄cedente uł ſequente. an̄cedente ut da. Se
quente ut ad. Non plus tamen ꝙ̃ tres conſonan
teſ antecedere uocalem. nec rurſus conſeq̃ niſi tres
pñt. ¶ Sed tamen hic notandū eſt ꝙ ſi an̄cedāt
tres conſonantes non pñt niſi due conſequi uoca
lem. ut monſtrans nec iterū ſi conſequantur tres
pñt an̄cedere niſi due. ut ſtirps. Si an̄cedens ſilla
ba terminet in conſonantē neceſſe ē eciā ſeq̄ntē
a conſonante incipe. ut artus. ille. arduus. niſi ſit
compoſitū. ut abeo. adeo. ꝓeo. Herodianuſ tamē
de orthog̃phia oñdit rōnabilius eſſe ſonorius ꝗ
quantū ad ipſam uocis ꝓlacōnem. in compoſitis
quoqꝫ ſimpliciū regulam in ordinandis ſillabarū
literis ſeruari. Sed contra eum ſic obijcit̃ ergo ob
litus ablatus obrado et ſimilia ſi b tranſit in ſecū
dam ſillām more ſimpliciū dcōnum p̃mam com
munē habere in metris oportet. ut poſſet eciam
corripi. ſ; hoc nuſquam inuenit̃ Preterea circūeo
circūago et ſimilia non paterentur eliſionem m
in ꝓnūciatione ſi tranſiret in ſequentē ſillām m.
nec in ꝓhibeo exhibeo inhumatus anhelo inhi
beo adhuc abhinc et ſimilibus. ſecūde ſillabe pñci
paľ aſpiraretur uocaľ. ſi terminalis conſonans p̄
pōnis in eaꝫ tranſiret. quō in iſtic iſtoc et h̄ iſtec
iſtuc. Si uero in media dcōne ſillaba a uocali in
cipiat neceſſe ē an̄cedentem quoqꝫ niſi ſit compo
ſita in uocalem terminari. ut pietas curiaľ pario
ruo minuo. Eſt tamen qñ in compoſitis eciā ſub
trahitur conſonans ut coeo cois. qñqꝫ mutat̃ ut
in comedo. ubi eciā ꝓpoſitio non ſillabicatur p ſe
ſ; tranſit ad ſeq̄ntem ſillām. Item ſcias ꝙ conſo
nans poſita inter duas uocales ſemꝑ eſt de ſeq̄n
ti ſillaba in ſimplici dcōne. ut amo niſi geminẽ
tūc enim vna conſonans ē de prima ſillaba. et ſe
quens de ſecūda ut aſſiis. ſed in compoſita dcōne
ē de p̄cedente ſillaba. ſi naturaliter ſibi cohēt. vt
adeo ꝓeo. principaleſ ſillabe. h̄ eſt in pñcipio dic
tionū poſite ab omnibus incipe literis. deſinē tñ
non in oīs poſſunt. ſ; in has. In uocales quidē
omnes a quacūqꝫ conſonante incipiat ſeq̄nſ ſilla
ba ut mare genus filius notū ludus. In conſonā
tes uero ſi ſeq̄ns ſillaba a uocali incipiat. nō pñt
ſillabe deſinē. ñ ut dictuꝫ ē in dcōnibuſ que ex ꝓpō
nibus in conſonantes deſinentibus uł alijs ptibꝫ
orōnis ſunt compoſite. ut abutor obaudio obedio
ſubeo aduro ineo ꝑago inſeo alteruꝫ tinſeo p̄teo
Nec tamen ſi ſequenſ a conſonante incipiat. licet
an̄cedentem in quācumqꝫ conſonantem deſinere.
ergo p ſingulas conſonantes ut potero id tracta
B terminat ¶ re conabor
p̄cedentem ſillām ſi ſequens quoqꝫ ab ea
dem incipiat. ut ſabburra ſabbata gibbus
gibberoſuſ gibber obba. Compoſita quoqꝫ a pre
pōnibus in b deſinentibus. et ab alijs dcōnibuſ a
b incipientibus. ut ſubbibo. Que tamen conſonās
c ſequente ſolet pleꝛqꝫ mutari in eam. ut occido.
occumbo ſuccumbo ſuccino ſuccidi. In quibuſdā
tamen ꝓ ab abs ꝓpoſitō cum dcōnibuſ a c incipi
entibus componitur. ut abſcondo abſcedo abſcido
Ob quoqꝫ ē quando aſſumit s cū componit̃ cum
dcōne a c incipiente. ut obſcurus obſcenus. ita di
cit ṗs in ij libro maſ. ſ; in ix libro dicit. quod in

uenit̃ obs a quo componit̃ obſcenus. vnde dicit.
Abſoleo quoqꝫ abſoleui facit. Non enī a ſoleo qd̄
ſolitus ſum uł ſolui facit p̄teritū. ſ; ab abs et ole
o. ſicut obſcenus ab obs et caneńdo. ¶ F eciam ſe
quente in eandem conūtitur b ut officio. offundo
ſufficio ſuffero ſuffio. uł conūtitur in u uocalem
ut aufero. aufugio. Et componit̃ aufero ex ab et
fero. aufugio ex ab et fugio. Racō autē quare b
hic non conūtitur in f ſ; in u uocalem ē hec. qa
ſi ſcriberent̃ ibi duo f dubiū eſſet utꝝ eſſent com
poſita ex ab uł ad. cū utraqꝫ illaꝝ ꝓpōnum conū
tat ſuā conſonantē in f ſeq̄nte ea. Nec ē inconue
niens ꝙ b mutet̃ in u. cū eciam u aliq̄n conūtat̃
in b. ut celebs. Componit̃ enim a celeſtem et ui
tā et ducens. G quoqꝫ ſequente in eam tranſit b.
ut ſuggero oggannio. Nec eciā m ſubſequente ut
ſummitto. Preterea omitto ꝓ ommitto dicimus
Orat̃ in ij ſermonū. Aut ſpem deponas. aut artē
illuſus omittas. Subtrahit̃ vnū m ut p̃mam cor
ripiat. Idem patitur b ſequente p. ut appono ſup
pono. Quandoqꝫ tamen ut dicit magiſter hñ abij
cit̃ b ſequente p. ut opio et opior. ſicut d in apio
R quoqꝫ ſequente ṗs pleꝛqꝫ in eam conūtitur b.
ut arripio ſurripio. In quibuſdam tamen manet
immutabiľ. ut abrogo abrado. Et hoc fit cā dīſc̃
ꝙ ſi arrado et arrogo diceremus ꝑ duo r dubium
eſſet utꝝ eſſent compoſita ex ab uł ad. cū utraqꝫ
ꝓpoſitio mutet extremā conſonantē in r ſeq̄nte
r. Item ob retinet b ſequente r. ut obruo. Alijſ au
tem quibuſcumqꝫ hīs ſeq̄ntibus integra manet b
ut abdo obdo ſubdoluſ abhinc abluo ſublatuſ ob
loqr abnegor obnitor ſubnixus. ergo nulla niſi
ꝓpō cogat an̄cedens ſillaba in b p̄t deſinē. niſi cō
ſeq̄ns q̄ꝫ a b incipiat. ut oñſum ē in p̄dictis nomi
nibus. ita dicit ṗs in ij lib̄. In tractatu auteꝫ pre
pōnum ſic dicit ṗs. A ab abs ex e fere eandē ſig
nificacōnis vim hñt. Nam et lenaleſ et tempales
et ordinales ſimul inueniunt̃ Sed qñ conſonans
ſequit̃ a et e mag̃ ꝓponūtur in appoſitione. ut a
domo. e iure. Ab uo et ex ſepiſſime in compōne
non ſolū uocalibus ſ; eciaꝫ conſonantibus ut abi
go abduco exuro excuro. In appōne uocali qd̄ ſe
q̄nte ſemꝑ. ut ab illo. ex illo. Conſonanti raro. nā
a q̄dem et e uocali quidem ſeq̄nte ñ ꝓponitur. ab
autē et ex conſonantibus ſeq̄ntibus ſolent ꝓponi.
ſi nulla aſperitaſ uociſ ꝓhibeat. Abs tantū in cō
pōne conſonantibus ſolet ꝓponi. Ab omnibus in
compōne ꝓponitur hīs. abſque c uł q uł t. ut ab
duco affatur. Nam b in f cōuerſa eſt. aufero in q̄
b conūtitur in u taꝫ euphonie cauſa ꝙ̃ dīſtīc ne
ſi affero dicas ab ad ꝓpōne et fero componi uide
atur. abluo abnego. arripio in quo b in r conuer
titur. Aſporto in quo b in s cōmutatur ſic̃ aſpel
lo. dīſtīc cauſa. ne ſi apporto et appello dicamus
ab ad compoſita eſtiment̃. hec ṗs. Vñ uſus. Ab
ſi componis elementa queqꝫ ſequūtur. C q t tan
tum ſimul hec tres excipiūtur. Ex predictis colli
ge ꝙ hec ꝓpō ob hijs literis ſeq̄ntibus mutat b.
in illas. ſcꝫ c ut occido. f ut offero. g ut oggannı
o. p. ut oppono. Qñqꝫ ſubtrahit u. ut apio. Si au
tem ſequatur m ſubtrahit b. ut omitto. Vel mu
tatur in hanc literaꝫ m ut ommitto. Qñqꝫ tamen
intercipit s cū dicōne incipiente a c. ut obſcurus
obſcenus. Vñ de p̄dictis. Cur feri grex po mum.
nūc ob mutatur in illas. Ex p̄dictis patet ꝙ op
probriū ſcribit̃ ꝑ geminū p. Componit̃ enim ex

ob et probriū. mutato b in p. De ab ſatis patet p
predcā. ¶ Sub ut vult pris in tractatu ꝓpōnum
hijs literis ſeqn̄tibus mutat b in illas. ſcꝫ c uł f
uł g. uł m uł p. ut ſuccūbo ſuccurro ſufficiō. ſuffer
ro ſuggero ſummitto ſummoueo. ſupparo. ſuppone
In compōne uero modo localem vim retinet ſub
ut ſubeo. ſuppono. ſubijcio. ſūmitto. ſubduco. ſub
trabo. mō diminutiuam vim. ut ſubrideo. ſubtenſ
tus ſuffundo. An uero ſub mutetur in r ſequente r
non facit mentionem ṕs in xiiij li in tractatu de
ꝓpōnibus. ſꝫ in ij li ut dictū eſt ſupra. dicit ṕs ꝙ
b ſequente r pleqꝫ in eam conūtitur ut ſurripio
et cetera. uide ſupra. Dicit eciam ibi ṕs ꝙ b muta
tur in s ut iubeo. a quo uenit iuſſi. Conuertitur
eciaꝫ in f cauſa eufonie in aſporto et aſpello. ut ſu
pra dixi. De predictis dici p̄t. Cor. fu. ga. mel. po
rum precedens ſubtrahit ad ſe. Qn̄qꝫ autem rema
net b ſequente c. ut ſubcinericius. ſic ex ſucco et
cinere componi uideatur. Dicendū ē ergo ſuccon
trario. licet quidā dicant ſubcontrarie p b. Quidā
eciā dicūt obcecco p b. licet hoc non habeatur a
ṕs. ¶ Item nota hic. ꝙ ſm ṕs. ſuſpicio et ſuſtuli
ſunt compoſita a ſuſum uł ſurſum adūbio. et n̄
a ſub ꝓpōne. Suſcipio enim componiť a ſuſuꝫ et
capio. Suſtuli a ſuſum et tuli. Qꝫ autē non ſint
compoſita a ſub patet. Nam ſi in ſuſcipio fuiſſet
b. non fuiſſet mutata in s ſeqn̄te c. ſicut in ſuccu
ro. a ſub et curro. Similiter ſi in ſuſtuli fuiſſꝫ b n̄
fuiſſꝫ mutatū in s. ſequente t. ymo remanſiſſꝫ in
tegꝛū. ut in ſuccinnio. ergo non ſunt compoſita a
ſub. ſꝫ a ſuſum uł ſurſum. Suſpicor autē et ſuſpi
cio ſimiliter ſunt compoſita a ſuſum et nō a ſub
Si enim compoſita eſſent a ſub remanſiſſꝫ b ibi.
et non fuiſſꝫ mutatū in s. ſicut patet in ſimilibus
ut ſubſto et ſubſiſto. Compoſita ergo ſunt a ſuſū
uł ſurſum. Hoc tamen ſciendūꝫ eſt. ꝙ s qd erat
in illo adūbio ſuſum ſubtractū eſt. ꝓpter illud s
quod erat ex pte illius componentis. ſcꝫ ſpica uł
ſpecio. Nā ſi remanſiſſet ibi ſicut in ſuſtuli et ſuſ
picio geminaretur ibi par conſonans an̄ alteram
conſonantē. Vn̄ dicit ṕs. Suſpicor quoqꝫ et ſuſpi
cio a ſuſum uł ſurſuꝫ componūtur. Sed abijcitur
vnam s. qꝛ non p̄t duplicari conſonans alia ſub
ſequente conſonāte. quoniā nec an̄cedente niſi ſit
muta an̄ liquidam. ut ſupplex. ſuffragor.

Nullam ſupiorem ſillām terminat niſi ſe
quens incipiat a c. uł a q. ut bacca bucca
ſiccus. ſuccus. ecquis. quicq̄. acqꝫ. Ex hoc
quoqꝫ oſtenditur eandem vim habere c et q. ¶ Si
obijciatur de necdum. necne necnon. ubi p̄cedens
ſillaba deſinit in c. et tamen ſeqn̄s non incipit a c
uel a q. Dici p̄t ꝙ ṕs intellexit de compoſitis ex
pn̄cipalibus ptibus. i. nomine et ūbo. Vel dicas.
ꝙ non ſunt compoſita ſꝫ ſunt irregulares dcōnuꝫ
aggregacōnes ſub vno accentu. Quidquid autem
p d ſcribitur. ¶ Et ſcias ꝙ c cum e et i repn̄tat
plene ſonū ſuū. ut cecus. cibus. Cū a uero uł o uł
u ſonū habet hē k. ut caput. culex. coma. ut qui
dam dicūt. ¶ Item animadūte ꝙ c tranſit in g n
p̄cedente. ut qn̄gentī. Compoſitū ē ergo a quinqꝫ
et centū conūſa c in g. ꝓpter affinitatem quā ha
bet g cū n. tantam enim affinitatem habet n cū
g. ꝙ ſepe facit c conūti in g. p̄cedente tamen n. ut
quingenti. quadringenti. Cuius ſignū eſt ꝙ ſi non
p̄cedat n c. non conūtitur in g. ymo remanet inte
gꝛū. ut ducenti. trecenti. de hoc eciā in g dicam in

D Non terminat p̄cedentem ſillām ... ferius
niſi ſequens quoqꝫ ab eadem incipiat. in
ſimplicibus dcōnibus et in pleriſqꝫ cōpoſi
tis. ut ab addir uel ab addier. addo. reddo. reddu
co. quod eciā reduco dicitur. Virgił in iiij enerō
Eiectam claſſeꝫ ſocios a morte reduxit. Dic tamē
ipſa conſonans d in ad ꝓpōne mutatur ſeqn̄tibus
hijs nouem literis. c. g. f. l. n. p. r. s. t. ut accido ac
cūbo. affcūs. aggero. allido. annuo. applico. arrideo
aſſiduus. aſſideo. attingo. Vn̄ ūſus. Cor ſla gno.
le. nis. pir. ra. ſal. ta. ad ſibi mutat. Ex quo patet
ſm quoſdam. ꝙ dicendū eſt aſſum affui. nō ad
ſum p d adſumus. ¶ Item ſcias ꝙ d aliquando
non mutať ſeqn̄te p. ſꝫ abijcitur. ut apio qd com
ponitur ex ad et perio. Aliqui dicūť ꝙ componi
tur ex a et pio ſꝫ prius dictū magis michi placꝫ
Subtrahiť eciam d in quibuſdam cū ſequenſ dcō
incipiat a gn. uł ſp. uł ſc. ut agnitus aſpcūs. aſcen
do. Tollitur inde tamen ſequiť ſi conſona poſt s.
Et rō eſt. quia regula ſup̄ a priſtiano data eſt ſi
duo pares conſonantes p̄cedūt aliquā conſonan
tē vna illarū debet abijci. ut aſto. aſcendo. ne ge
minacō conſonantis ſit an̄ conſonantem. qa nec
an̄ conſonantē nec poſt conſonantē debet fieri ge
minacō conſonantis. niſi altera illaꝵ fuerit liqui
da l uł r. ut ſupplico. ſupprimo. Sed obijciť de io
circo. quodcumqꝫ. et ſimilibus. quoꝵ p̄ma ſillaba
deſinit in d. licet ſequens non incipiat a d. Dico
ꝙ iſta regula non ſemp uerificať in compoſitis.
ſm ṕs. Et ideo fallere p̄t in illł. ſicut eciā in hijs
dcōnibus adeo. adiuro. Alijs autē ſeqn̄tibus literis
integra manet d in compōne. ut adbibo. adhereo
admitto. adquiro. aduoco. Inueniť āmitto. ſꝫ com
poniť ex am ꝓpōne inſeꝑabili. Amitto eniꝫ ex a
componiť. admiror et eciam āmiror ex am ꝓpō
ne inuenitur. Sic ergo d integra manet ſequente
q ut adquiro. ſecūdū ṕs. ¶ Sed obijcitur de quic
q̄ ubi d mutať in c ſequente q. Vnde ſupra dixit
ṕs. ꝙ d tranſit in c ut accidit quicq̄. Dico ꝙ hoc
intelligendū eſt de hac ꝓpōne ad. que non mutat
d ſeqn̄te q. ut adquiro. ſicut patet p textū pſ qui
dicit. Alijs autē ſeqn̄tibus literis integra manet d
in compōne. ut adbibo. admitto. et cetera. ſemper
exemplificat de ad. et ſic de quicq̄ non ē obiecō
Vel p̄t dici ꝙ hec conſonans d ſeqn̄te q remanꝫ
integra et non mutatur. ut adquiro. Hoc autem
dictū eſſe uidetur. qꝛ cū q et c repſentent ideꝫ ele
mentum uidetur ꝙ ſicut d mutatur in c ſequēte
c. ut accipit. Ita eciā d ſequente q. ſꝫ remanet tūc
immutabił generaliter in compoſitis ab hac ꝓpō
ne ad et fere ubiqꝫ eciaꝫ in alijs compoſitis ſꝫ di
co. qꝛ qn̄qꝫ mutatur in c cauſa euphonie. ut quic
q̄. et eciam quicquid. ut dicūt quidam. Alij uero
dicunt ꝙ quidquid ſcribiť p d. non p c. Vnde nō
mutatur ibi d. ſicut nec in quodqꝫ uł quidqꝫ. Nec
ṕs exemplificat niſi de quicq̄. ut patuit. Diť eni
d tranſit in c. ut accipit. quicq̄. Et ſic ex ūbis ṕs
non habetur ꝙ quidquid ſcribatur p c. Item no
ta ꝙ nullū ūbum deſinit in d. Vnde inquit ſcribi
tur p t. ¶ Volo eciā te ſcire. ꝙ quedā cognatio
ſiue affinitas ē inter d et ꝫ. Vnde quidam ſcriben
tes d ſepe exprimūt ꝫ in ſono. antiqui eciā ſcribe
bant medencius ꝓ meꝫencius. Similiter affinita
tem hn̄t in ſono d et t. ſicut patet in terminatio
ne iſtoꝵ nominū caput. apud. Parū eniꝫ diſtingui
tur inter d et t quo ad ſonū. Item inter t ſine aſ

ſpiracōne et t cū aſpiratione eſt d media.ut decla
F Nullam terminat ſillãm. Dirabitur in b.
niſi loco b uł d uł s uł x in ꝯpōnibus ſit
poſita.cū ſequens dicciō ab eadem incipit
conſonante.ut offero ſufficio affectus diffic̄ł dif
fundo.efficio.Et ex hoc quoqꝫ muta eſſe oſnditur
f ß ꝙ cū oīſ ſemiuocales ſimplices ſolent in me
dijs dcōnibus geminari.hec non geminatur.nec
terminat eaſ ſic̄ ille.niſi in ſuo nōine ꝓpo.ſcꝫ qñ
dr̄ f.ß et ꝯponit̄ liquidiſ l et r.more mutaꝝ.de of
fa non eſt queſtio.quia componit̄ ex ob et fans
et ita f ē ibi poſita loco b.et dr̄ offa q̄i obfans.
.i.contra fantem.quia noceat fanti cū eiuſ os im
pleat. Unde quidam. Offa nocꝫ fanti.ß prodeſt e
ſurienti. Item ſcias ꝙ f magnã affinitatē habꝫ cū
ph in ſono.ut patet in filius et philippus. Et ſcri
bit̄ f in latinis dcōnibus.ph in grecis.nec tā fix
is labijs ē ꝓnuncianda f quō ph.atqꝫ hoc ſolum
intereſt dicit priſcianus.

G Apud latinos nullius ſillabe ē determina
bił.niſi cū loco d uł b ponit̄.ut in ad uel
ſub uel ob ꝯpōne.ut aggero agger.ſugge
ro.oggannio. Eſt qñ n pn̄cipał ſillabe añ ſe aſſu
mit g.ut natuſ gnatus.notus gnotus antiq. Uñ
ignotus.noſco gnoſco.noui gnoui. Et poſt ſe tñ
c ſepe poſitam in g conūtit.ut in milib.quadrīgē
ti pro quadricenti a centū.qñgenti.ſeptingenti.oc
tingenti.adeo eniꝫ n ꝯpoſita facit c in g conūti.ꝙ
in quibus n non ē numerus ſeruat c.ducenti.tre
centi.ſeſcenti ꝓ ſexcenti. ¶ Ad predcōꝝ declaracō
nem ſcias.ꝙ in hijs ꝯpōnibus in et con.n altera
n ſequente plerūqꝫ mutat̄ in g.ut ignoſco.cognoſ
co.ignotus.cognitus.cognatus.ignominia.igna
rus. In quibuſdam ex p̄dictis ſubtrahit̄ n a dcīs
ꝯpōnibus.ꝗ in altero componentiū inuenitur g.
ut gnarus.uł additur g ꝓthesim.ut dicat̄ gnoſ
co gnoui.unde dinoſcum ē dinoſco ſine g. Preterea
ſupinū faceret dignitū ſi ibi eſſet g.ſicut agnitu
cognitū.et pticipiū p̄teriti paſſiui.dignitus.ſicut
cognitus agnitus.quod tamen non dicimus. Itē
ſcias ꝙ inter c ſine aſpiracōne et c cuꝫ aſpiracōne
media ē g.ſicut declarabit̄ in h. Item i conſonās
habet in ſono affinitatem cum g. Inde eſt ꝙ plu
res ſcribunt magiſter per g.cum rectius ß hugu
cionem ſcribatur per duo i vnum conſonans et
aliud uocale ſic maijſter.

H Non p̄t terminare ſillãm. Et ſi opponatur
de uah et ah et oh interiectionibus.q̄ ui
dentur terminare ſillãm.dico ꝙ hoc fit p
apocopam.ꝗ pfecta ſunt uaha aha oha. Nā ſuū
eſt interieccōnis ꝓferri uoce abſcondita. Interiec
cōnes enim ſignificant affcūs animi.que pertur
bant mentē loquentis.ne pfecte loqui poſſit.hoc
intellige de dcōnibus latinis. Nam in theologia
utimur dcōnibus hebraicis in quibus aſpiracōis
nota poſt tres mutas terminał habetur.ſcꝫ poſt
c ut ſadoch.poſt p ut ioſeph aleph.poſt t.ut de
leth. ¶ Item ſcias ꝙ ſi aſpiracō ponatur inter a
liquā conſonantē et uocalem ſeq̄ntem in eadēꝫ ſil
laba.aſpiracō attribuit̄ conſonanti p̄cedenti.et ñ
uocali ſeq̄nti.ut nichil.philippus. Item ſi dcō inci
piens a uocali aſpirata componit̄ cuꝫ alia dcōne
remanente uocali uel muta.remanet aſpiracō.ut
rehabeo prohibeo exhibeo. Sed ſi abijciat̄ uoca
liſ abijcitur aſpiratio.ut prebeo. ¶ Item nulle pre
pōneſ uł coniūctiones aſpirantur. Require ſupra

ubi de aſpiracōne dixi. ¶ Nota eciā ꝙ ſicut dicit
p̄s.inter c ſine aſpiracōne et c cū aſpiracōne me
dia eſt g.inter t ſine aſpiracōne et t cū aſpiratio
ne media ē d.inter p ſine aſpiracōne et p cū aſpi
racōne ſiue f ē b.ſunt ergo medie d b g. Et dicū
tur medie.ꝗ non ita leuiter ſonant.ſicut ille nō
aſpirate.nec ita aſpere ſicut aſpirate.uerbi grā. G
non ita leuiter ſonat ſicut c ſine aſpiracōne. Nec
ita aſpere ſicut ch.et ideo dr̄ eſſe media inter c et
ch. Similiter d non ita leuiter ſonat ſicut t ſine h
nec ita aſpere ſicut th.et ideo dr̄ media inter t ſi
ne aſpiracōne et t cum aſpiracōne.i.inter t et th
Similiter b non ita leuiter ſonat ſic̄ p ſine h nec
ita aſpere ſicut ph ſiue f. Et dr̄ media inter p nō
aſpiratam et p aſpiratam.i.inter p et ph. Et no
tandū ꝙ in leuibus.i.in tribuſ p̄dictis conſonan
tibus.ſcꝫ p c t non aſpiratis pulſuſ exterior eſt.i.
circa labia.quia formātur in extremitate labioꝝ
ut patet in eaꝝ prolacōne. In aſperis uero.i.in il
lis aſpiratis.pulſus fit interior.i.in gutture.quia
in gutture formant̄.medie uo eaꝝ ſcꝫ b d g obti
nent mediū locū.quia nec formantur circa labia
nec in gutture.ſicut patet in prolacōne eaꝝ.ß for
mantur q̄i in lingua affixa medio palato.qui lo
cus eſt medius inter guttur et labia. Et hec eſt u

L na cauſa qua confirmat priſcianus b d g
eſſe medias predictarum.
Nullius ſillabe poteſt eſſe terminalis.
Quacūqꝫ conſonante ſequente p̄t añceden
tes terminare ſillãm.ut albus.ulcus.ſoldū
ualde.alfeus.algeo.illud.ulmus.alnus.
talpa.fulſit.altus.ſilua.mulxi. Q et r ſolis ſeq̄n
tibus nō inueni antecedere l. Nam h et k nec poſ
ſunt poſt l inueniri.

M Terminat ſupiorem ſillãm qñ ſequens ſil
laba incipit a b uł p uł altera m.ut cābi
ſes.ābo.compo.impiū.ſummus.hāmon. Uñ u
ſus. M uł p uł b nuſquā uult n fore p̄ ſe. ¶ No
tandū ꝙ inuenit̄ an coniunctio.et ſcribit̄ p n.ut
ibi. Eloquar an ſileam. Et nunꝙ inuenit̄ in com
pōne.am autem ꝓpō nunꝙ inuenitur in appōne
ymo ſemp in compōne.ut di dis re ſe am cō. Ex
p̄dictis patet.ꝙ añ c d t q f non ē ſcribenda m.
ß n.ut nuncubi.tantundem.eundem.identidem.nū
quid.anfractus. Et mutat̄ in predcīs m in n. Itē
quotienſcumqꝫ hec prepō circū componit̄ cū dcō
ne incipiente a uocali.m debet ſcribi ß non ꝓfer
ri.ut circumago.circumamictus.circūeo. Uñ uſus
Circum compoſita uocał ſi comitetur. M non ꝓ
feratur ß ſola figura tenetur. Hoc autē fit ne uide
atur ſillabicari cū ſequenti uocali.et ꝓpter ſonuꝫ
difficilem.ꝗ ſonus eius terminat̄ clauſis labijs.
ß ſtatim debent labia apiri ꝓpter ſequentē uoca
lem. vide eciā in circūeo re. Item ſciendū ꝙ inue
nit̄ con et cū.ß prepō con ſcripta p o et n.nunꝙ
in appōne inuenitur.ß in compōne tantū. Et mu
tat qñqꝫ n in m.maxime ſequente b.ut comburo
m ut cōmitto.p ut compono. Cū uero ſcripta per
u et m nunꝙ inuenit̄ in compōne. Ex quo eciam
patet ꝙ mecū.tecū.ſecū.nobiſcū.uobiſcū ñ ſunt
compoſita . Et ē cum qñqꝫ aduibium tempale.ut
cū ueneris ad me.i.qñ. Qñqꝫ coniunctio adiūcti
ua.ut cum ſeruias michi diligo te. Qñqꝫ ē prepo

N ſitio ſeruiens ablatiuo.ut uado cum illo.
Terminat añcedentem ſillabam ſeq̄ntibus
c.uł d.uł f.uł g.uł altera n.uł q uł s.uł

t.uł J.uł u eciam ꝓ conſonantibus poſitis.uł x
ut mancus.conduco.confiteor.congruus.annus.
inquiro.conſitus.antonius.coniūgo.conūto.anx
ius. B autē ſeqn̄te uł p in m conūtitur.ut imbuo
impius.l uero uł m uł r ſeqn̄tibus in eas cōmu
tatur.ut collido.immunis.corrumpo.Et pene ubi
cumq; cum prepō an̄ dcōnem ab r incipientē com
ponitur hocidem patitur.et hoc recte cum nec in
ſimplicibus inueniatur dcōnibus n an̄ r.niſi for
te in aliquo ꝓpō nomine.ut henricus ſupple.Ex
hoc patet.q̄ hee ꝓpōnes in et con.ſi componant̄
cū dcōne incipiente ab r uł l conūtunt n in illas
ut irruo.illudo.collido.corruo.Verumptamen co
compoſita cū dcōne incipiente ab r qn̄q; retinʒ n
Et ideo dicit p̄s pene.et fit cauſa diſtīc.ut conri
go gis.fuiſſet enīʒ ibi concidentia inter pmā hu
ius ūbi corrigo gis.et pmam huius ūbi corrigo.
gas.ſm quoſdā.Simile iudiciū de conſimilibus
habetur. Item ſcias q̄ hec ꝓpō con qn̄q; in cō
pōne ponit n ſeqn̄te uocali.ut coeo is.a con et eo
ſubtracta n cauſa euphonie.Qn̄q; conuertit n in
m.ut comedo dis.et hoc eciā fit cauſa euphonie.
Et ſillabicatur m cū ſeqn̄ti ſillaba et non cū pma
Et hoc accidit propter mutacōnem conſonantis
Et ſi obijcias.Omnis ꝓpō ita ſillabicanda ē in cō
pōne ſicut p ſe.ut habetur a p̄s.Dico q̄ hoc ueri
ficatur qn̄ ꝓpō remanet integra.hic autē corrum
pitur.cū n conūtatur in m.Si ultra inſtes dicens
Ergo a ſimili potuit fieri in hoc ūbo coeo is.ut
conuertatur n in m.et dicatur comeo mis mit.et
ſecundā et terciā perſonam huius ūbi como is it
Quare cauſa uitandi concidentiā illā non ibi cō
uerſa fuit n in m.pmo ſubtracta ē n cauſa uitan
di cacephaton.Item nota q̄ ſic dicit hug.in erge
En apud grecoſ tm̄ ualet quantū in apud latinoſ
vn̄ nomina greca ſiue notha que procedūt ꝓpōm
hn̄t in ſui compōne pn̄t ſcribi indiſt̄ter mō p en
mō per in.ut entimema et intimema.Energumi
nus et inerguminus.encauſtum et incauſtum.Et
ſic de ſimilibus dicas.

N Nullam terminat ſillabam niſi ſequenſ in
cipiat a p.ut lippus.apparet.

Q Non pt terminare ſillām q; q et k ſemper
in inicio ſillabaꝝ inueniunt̄.Et apud anti
quos ponebat̄ cui pro qui.ſicut et quu ꝓ
cu ſillā.et quur pro cur.ut ſup̄ dixi in q et k de
hā.Et ſciaſ q̄ q nunq̄ pt ſillabicari uł ſcribi niſi
ſeqn̄tibus duabus uocalibus que ſunt in eadem
ſilla ſecū.Vn̄ licet iſte ntūs quis ſcribat̄ p q gtūs
tamen eius non ſcribitur p q.ſ; p c.ut cuius.q̄
in cuius i conſonans ē non uocał.Patet eciaʒ ex
hoc q̄ equus equi.et equus qua quuʒ et ſimilia
debent ſcribi p duo u uocalia ambo.ut ſup̄ dixi
in u conſonante.

R Quacūq; conſonante ſeqn̄te pt terminare
piorem ſillām.ut morbus.parcus.ordo
pficio coorſinium oppidi nomen.margo.phibeo
plego.plucco.interluuiū.carmen.carnis.corpus.
arquipotens.arquitenens.curſus.morſus.Artus.
pirrus.curtus.exerſes.In quibuſdam tn̄ compo
ſitiſ inuenio r in l cōūti ut intelligo et pellicio pro
interlego et plicio.pellego ꝓ plego pelluceo ꝓ p
luceo

S Nullam ſupiorem ſillāʒ terminat
in ſimplici dcōne niſi ſeqn̄ſ incipiat ab eadē
ut caſſuſ et niſi in cōpoſitis ab hijs conſo
nantibʒ incipiat s c f g m p t uł i et u conſonan
tibus.ut obſcurus.diſcutio.transfero.tranſgredi
or.tranſmeo.diſplicet.diſterminat.diſiungit.trāſ
uebo.In omnibus p̄dictis compōnibus ē s termi
nał ꝓpōnis.Nam in ſimplicibus dcōnibus neceſſe
eſt s et c eſſe eiuſdem ſillabe.ut paſcua.luſcuſ.O
eciam uł p uel t ſeqn̄tes in ſimplici dcōne s eiuſ
dem ſillabe ſecū eſt.ut coſmus.proſper.teſtis.Et
ſcias q̄ p̄s in ij lib̄ ma.obſcure determinat de s
Scire eciam debes q̄ ut dicit p̄s in xiiij li.Ab m
uł u loco conſonantis incipientibus ſolet in cōpō
ne ꝓponi a.ut amendo.amens.auebo.an̄ q in ap
pōne abs ut abs quolibet.An̄ c uero uł t in com
poſicōne.ut abſcondo.abſcedo.abſcido.abſtraho.
obſtruo.abſtineo.Freqn̄tius tamē a et ab et abſ ū
bis paſſiuis uł ablatiuiſ iūgunt̄.ut amor a uiro
uł ab illo.accipio ab illo.uł abs quolibʒ aufero
uł ab illo aufero.hec p̄s.Abs eciā in appōne in
uenit̄ cū dcōne incipiente a t.ut proijce hoc abs
te.De abs eciā dixi in b.Item ut dicit p̄s in xiiij
li.Hec ꝓpō trans et componit̄ et ſeparatur.ut trāſ
uebo.transfero.trans padum.trans tibrim.et qn̄
componit̄ cum dcōne incipiente a d.uł n uł i cō
ſonante amittit ns.ut trado.traduco.trāno traijcō
traieco.Cū i uero uocali remanet integra.ut tranſ
itus.Et eciā cum alijs uocalibus.ut trāſactuſ trāſ
eo.Ex dictis patet q̄ in math̄ i c.dicendū eſt.cū
nollet eaʒ traducere.ut abijciatur tam in ſcriptu
ra q̄ in ꝓnunciacōne ns.Item ut in eodem dicit
p̄s.Di et dis ꝓpōnes ſp in compōne inueniunt̄.et
hn̄t eandem ſignificacōnem.quō ab et abs.ſunt
autē ſepatiue.ut diuido dis.diduco.diſtraho.diſ
curro.quod dia prepō apud grecos facit.Et ſciē
dum q̄ tūc dis ꝓponitur qn̄ ſequitur c uł f uł p
uł s uł t uł i loco conſonantis.ut diſcumbo diſ
cutio.differo.diffido.diffundo.in quibus s in f cō
ūtit̄ euphonie cā.diſplico.diſpuro.diſſicō diſſero
diſtraho.diſtribuo.diſtorqueo.diſiectus.diſiūgo
Alijs uero quibuſcumq; conſonantibuſ ſeqn̄tibus
di ꝓponitur.ut dinoſco.dimitto.diduco.digero.di
luo.diruo.Et ubiq; producitur di excepto dirimo
et diſertus.Luc̄ in v.Et non admiſſe dirimit ſuf
fragia plebis.Oracius.fecundi calices quem non
fecere diſertum.Componit̄ autem dirimo a di et
emo interpoſita r cauſa euphonie.Diſertuſ uero
componit̄ a di et ars interpoſita s.Et nota qn̄ʒ
componit̄ cum dcōne incipiente a uocali.et tunc
aliqn̄ recipit r cauſa euphonie.uł cauſa uitādi hi
atū ut dirimo.Qn̄q; recipit s.ut diſertus.Tamen
ſcias q̄ bis et tris cū componit̄ cū dcōne incipiē
te ab f abijciūt s.et pmam cor.Nam i an̄ f ſine
ph producitur.ut ripheuſ preter compoſita a nu
mero.ut bifidus.trifidus.trifarius.et ſimilia.

T Si ſupiorem finit ſillām neceſſe eſt ſeqn̄tē
quoq; ab ea incipere.ut mitto quotta atti
cus.attinet.Si opponatur de atq; atubi aſtu poſt
q̄.Dico q̄ non ſunt ꝓprie compōnes ſ; pocius q̄
dam irregulares dcōnum aggregacōnes.et ſic ob

X Nullam ſillām terminat in
media dcōne.niſi in compoſitis a ꝓpoſicō
ne ex.que integra manere pt ſequente c
uł p uł q uł t.ut excurro.expello.extendo.exqui
ro.S autē ſequente x abijcit̄ s.ut exequor.Vnde
niſus.Ex p̄cedente cadit s de pte ſequente.Id q̄ ſe
quente inuenit̄ in hoc nomine exlex ex integ̃.f
enim ſeqn̄te in eam conūtitur x.ut efficio effūdo
effero.Ceteris uero conſonantibʒ ſequentibʒ e n̄ x

ꝑponi ſolet. Ita dic̄ ꝓs in ij ma. In xiiij aūt li ſic
dic̄. E et in appōne et in cōpōne inuenit̄ an̄ b d
g l m n r. et ante u et i loco conſonantiū poſitas
ut ebeto. educo. egero. eludo. emineo. enarro. euo
eripio euehe. eiicio qd̄ cōponit̄ ab e et iacō. conū
ſa a in i. vn̄ debet ſcribi per duo i. Reliquiſ uero
conſonantibus ſeq̄ntibus ex ꝑponitur non e. ſcꝫ c
ut excubo. f ut efficio. effundo. effero. in quibus
et ſimilibus x in f cōmutatur euphonie cauſa. h
ut horreo. exhorreo. exhibeo. p ut expello. Q ut
exquiro. T ut extendo. Vocalibus quoq; ſeq̄ntibꝫ
tam in appōne ꝙ̄ in compōne ex ꝑponitur. ut ex
aro. exegi. exigo. exoletus. exulcero. exequatus.
exaudio. S uero ſeq̄nte x abiicitur s. ut exequor
ab ex et ſequor. ¶ Sed queritur de hoc quod di
cit ꝓs. ꝙ in x nulla ſillaba terminatur in media
dcōne. niſi in compoſitis a ꝑpōne ex que integra
mane̅ pt̄ ſeq̄nte c ꝛc̄. Inuenit̄ enīꝫ inſtantia in dex
tera dextrorſuꝫ ſexcenti ſexdecim textus ſexagin
ta. et ſimilibus. Ad hoc dico ꝙ ꝓs obſcure hic lo
cutuſ e̅ Vnde predicta ūba a diuſiſ diuſimode ex
ponūtur. Quidā enīꝫ dicūt ꝙ intelligitur de com
poſitis et non ſimplicibus. et ſic non e̅ obieccō de
textuſ quia ſimplex eſt. Q autem deſinat in x in
media dcōne teſtat̄ ꝓs dicens in xi li. x an̄ceden
te vniꝫ inuenio in tus. a texu textus. Sic ergo
intelligitur de compoſitis. Sed quidam coartant
hanc regulā ad compoſita ab aliqua ꝑpōne. et ſic
non eſſet queſtio de ſexcenti. quia non e̅ compoſi
tū a prepōne ſ a nomine. Et tūc eſt ſenſus. Nulla
ſillaba in iunctura compōnis deſinit in x in aliq̄
buſ compoſitiſ a ꝑpōne. niſi in compoſitis ab iſta
ꝑpōne ex. que integra manere pt̄ ſeq̄nte c. et cete
ra. Quidam ūo dicūt ꝙ generaliter intelligendūꝫ
eſt quod dicit ꝓs. Nam nulla ſillaba in iunctura
compōniſ deſinit in x niſi in compoſitis ab ex. Si
ergo obiiciatur de dextrorſum. Dico ꝙ x ibi non
e̅ in iunctura compōnis. ſiue in media dcōne. ſeu
in fine ꝑmi componentis. ymo e̅ ibi r. Componi
tur enim a dextera et uſum. ¶ Et ſcias ꝙ tūc dr̄
x poni in iūctura compōnis. qꝛ nichil additur in
ter componentia. Sed tunc opponitur de ſexcenti
quia hic x eſt in iunctura compōnis. Componit̄
enim a ſex et centum. Ad hoc dicūt quidā ꝙ ſeſ
centi p s debet ſcribi. qꝛ x mutatur in s. Alij dn̄t
ꝙ x abiicit̄ et ſic ſecenti et ſedecim ſcribūtur ſine
ſ et x. et h̄ magis michi placet. Sexaginta enī cō
ponitur a ſex et genoſ quod e̅ decem. vn̄ non e̅
ibi x in iunctura compōnis. quia apponitur et ad
ditur inter componentia. vnde nichil prohibꝫ q̄n
ſcribatur per x. Aliqui ſunt qui intelligunt ꝑdic
tam regulam in ſimplicibus et compoſitis. vnde
ſic exponūtur ūba ꝓs. In x nulla ſillaba termina
tur in media dcōne. niſi ſeq̄nte c ul' p ul' q uel t
et hoc apparet in compoſitis a ꝑpōne ex que inte
gra manere pt̄ cū hijs ūbis excurro. expello. ex
quiro extendo. Predcā regula ſic intellecta eſt pla
na. et uerificatur tam in ſimplicibus ꝙ̄ in compo
Z uocal' eſt. et ideo pt̄ ter ¶ ſitis generaliter
minare ſillābam et incipe. quacumq; conſo
nante ſeq̄nte ul' ꝑcedente. ſicut omnes uo
In pegrinis dcōnibꝫ ſemp ¶ cales faciunt
in ꝑncipio inuenit̄ ſillabe. et ſi an̄cedat a
lia ſillaba neceſſe e̅ eam ul' in uocalem de
ſine. ut gaza. ul' in n. ut melanzoros. ul' in r. ut a
robarzanes. ¶ Sed opponitur de achaz ubi z nō
in ꝑncipio ſ in fine ſilbe eſt. Poteſt reſponderi ꝙ
nomen hebreum e̅ Priſci autē de latinis uel grecis
dcōnibus intelligit Et ſcias ꝙ pegrinum hic ꝓpe
appellatur grecū. Aliq̄n autem ſub peregrino comp
henditur greca dcō et barbara. aliq̄n omnis dcō
que non eſt in ꝓpria lingua

Diximus de litteris ter
minantibus ſilbam Nunc de accidentibus
ſillabe dicamus Scias ergo ꝙ unicuiq; ſil
labe accidit tenor. ſpūs. tempus. numerus littera
rū. Tenor acutus uel grauis uel circūflexus In dcō
ne tenor ſiue accentus certus abſq; ea diccōne in
certus non pt̄ tamen ſine eo eſſe Similiter ſpūs
aſper ul' leuis Tempus unū uel duo. Vel eciaꝫ ut
quibuſdam placet. unū et ſemis. ul' duo et ſemis
uel tria. vnū ſi uocal' eſt breuis p ſe. ut eo. vel ſi
eam una conſonans ſimplex conſequit̄. ut caput
Vnū et ſemis in cōmunibus ſilbis. ut lacrīme.
Et ſciendum ꝙ non ſolum an̄ l ul' r ſ eciā an̄ m
ut ſup̄ docuimus et n poſite mute faciūt commu
nes. Preterea m an̄ n poſita fecerunt quidā com
munes ſillabas. Illud quoq; non e̅ ꝑtermittendū
ꝙ tribuſ conſonantibuſ ſeq̄ntibuſ pt̄ fieri commu
niſ ſillaba. q̄n in ꝑncipio ſillabe ſeq̄ntiſ poſt uoca
lem correptam s et muta et poſt eam liquida ſeq̄
tur. quippe cū ſ in metro ſubtrahi more ſoleat ue
teꝝ. ut oracius ſermonū li j. Liquimuſ inſani riden
teſ ꝑmia ſcribere. In longis natura uel pōne duo
ſunt tempa. ut doſ aro. Duo et ſemis. q̄n poſt uo
calem natura longam vna ſequit̄ conſonans. ut
ſol. Tria q̄n poſt uocalem natura longam due cō
ſonantes ſequūtur ul' vna duplex. ut monſ rex
tamen in metro neceſſe e̅ vnamquamq; ſillabam
ul' vnius ul' duum accipi tempm. Numerus ſciliꝫ
lrāꝝ accidit ſillabe. qꝛ ut ſup̄ diximus nō minus
ꝙ̄ vnius nec plus ꝙ̄ ſex lrāꝝ apud latinos pt̄ in
ueniri.

Expleta iam p dei grām pri
ma pte huius opis que eſt
de orthogrphia. nūc de ſecū
da pte ſcꝫ de accentu uidea
mus. De accentu autēꝫ hoc
mō dicemus. Primo oſten
demus quid ſit accentuſ et
quot ſint. Secūdo ponemuſ
regulaſ generales accentus
et queſtiones circa eas. Tercio manifeſtabimuſ q̄
et quot loca obtineat accentus. et quare. Quarto
autē ponemuſ quaſdam regulaſ generales ualen
teſ ad accentū cuiuſlibet ſillabe. Quinto ſubiūge
muſ regulaſ ſpālеſ de accentu ꝑme et medie ſilbe.
et ſumitur h̄ largo mō accentuſ eciā ad tpūs. ſex
to dicemuſ de accentu ꝑtium indeclinabiliū. Septi
mo de ſex impedimentiſ accentus. et de dubijſ cir
ca ea.

Accentuſ e̅ regulariſ modulacō uocis fcā in
ſignificatiua pronūciacōne pncipaliter ad
iacens vni ſillabe. Regularis dr̄ ad drām
metrice modulacōnis et melice. que accentū non
conſiderat regularem. Adiacet autē accentuſ regu
laris pncipaliter vni ſillabe ꝗuis ſcdm ipſum tota
lis dcō iudicetur. Et dr̄ accentus ab accinendo. i.
ad conſignificandū aliquid canendo. q̄ꝛ accentus
ad hoc inuentus eſt ut ſignificacō dcōnis melius
diſtinguat̄ Tres autem ſunt accentus ſcꝫ acutus.

grauis et circūflexus. Acutus fit ꝑ eleuacōnē voꝫ no
cis. ut in ꝑma ſillaba huius nominis dn̄s. Grauis
fit ꝑ inclinacōnem vocis. ut patet in media et ulti
ma ſillaba huius nominis dn̄s. Circūflexus autē
fit ꝑtim ꝑ eleuacōnem et ꝑtim ꝑ inclinacōneꝫ vo
cis. ut patet in pn̄l huius infinitiui amare. Vnde
dicit ꝓſcian in libro de accentu. Accentus acutus
ideo inuentus eſt. quia acuit et eleuat ſillām. Gra
uis uero eo ꝙ deprimat atqꝫ deponat. Circumflex
us ideo. ꝙ deprimat et acuat. ¶ Et nota ꝙ quidā
dicūt circumflexū nichil eſſe in tempe mō ponen
tes illum ſub acuto. Sed errant penitus circa na
turam et artem loqn̄tes. ꝙ inter acutū et grauem
oportet medium inueniri. Duo uero ſunt pꝛīcipa
les accentus. ſcilꝫ acutus et circumflexus. Grauis
enim eſt ſecundarius In nulla ergo dcōne pn̄t eē
ſe ſimul acutus et circūflexus. nec duo acuti. nec
duo circūflexi. Habito ergo accentu alicuius dcō
nis acuto uł circūflexo relique ſillabe eiuſdē dcō
nis ḡuantur. et hoc obſeruatur in ſimplici dcōne
ut romanus. et in compoſitis. ut maleſanus. vno
enim accentu regitur principali.

Notandū autem ē ꝙ nulla ſillaba bꝛuis circū
flectitur. Item omnis dcō monoſillaba natu
raliter bꝛuis acuitur. ut quis dux. Naturaliter lō
ga circūflectitur. ut ſol pax. Item in biſſillabiſ ſi ꝑ
ma fuerit longa naturaliter et ultima bꝛuis. ꝑma
circūflectitur et ultima ḡuatur. ut hamus et uꝛbe
In omnibus biſſillabis alijs acuitur ꝑma et ulti
ma grauatur. ſiue ambe ſint longe. ut eſtas. ſiue
bꝛues. ut mare. ſiue ꝑma bꝛuis et ultima longa. ut
amant. Si ꝑma ſit breuis naturaliter ſed longa
pōne ut frango parco arceo. fontes. nactus. ceſſi.
geſſi. In poliſillabis. i. in triſſillabis et deinceps.
ſi pn̄l bꝛuietur anpenultima acuitur. ut dominus
et miſericordia. relique ḡuantur. Si uo pn̄l ſit lō
ga naturaliter. ſꝫ ultima bꝛuietur pn̄l circūflectitur
ut amare. In reliquis autem poliſillabis pn̄l acu
itur et relique ḡuantur. ſiue penuł et ultima pro
ducant̄ ut amarent. ſiue pn̄l ſit bꝛuis naturaliter
ſꝫ longa pōne ultima exn̄te longa ſeu bꝛui. ut cō
fringit uł confringunt.

Ad maiorem intelligentiā predcāꝝ
regularū a ꝑs traditaꝝ hic aliqua dubita
bilia moueamus. Quero ergo ꝑmo. Quid
ſit tempus productum. et quid correptū. Ad hoc
dico ꝙ tempuſ correptū dr̄ hoc in quo generatur
vox uł ſillaba aliqua ita ꝙ non poſſit generari
in minori. ad hoc ꝙ ſaluetur ſpēs illius hē uł ſil
labe. Tempus uero productū dr̄ ipſius tempiſ cor
repti geminacō. Et ſi obijcias. Omne continuum
ē diuiſibile in infinitū. et tempus ē huiuſmodi er
go poterit diuidi. Dico ꝙ tempuſ ſm ſe et ꝑꝫ na
turam ꝓꝑam ē diuiſibile in infinitū. ſꝫ in compa
cōne ad formā uocis ꝓlate in ſpē nō eſt diuiſibi
le in infinitū. pt̄ enim aliquid in ſe diuiſibile eſſe
in infinitū. in compatione tamen ad formam rei
ſimpliciter. uł ad formā rei relatam ad motū nō
eſt diuiſibile in infinitū. Verbi grā. Caro ſm ſuaꝫ
quantitatē ꝫ quā quanta eſt diuiſibiſ in infinituꝫ
ſi tamen diuidatur actu contingit deuenire ad ꝗn
titatem quam nō eſt ultra diuidē. ad hoc ꝙ ma
neat ſpecieſ carnis. Similiter ignis diuiſibiſ eſt ꝫ
quantitatem in infinitū. ſi tamen diuidatur actu
aliqn̄ indiuiſibiſ eſt rōne ſpeciei. Contingit eniꝫ ꝑ
diuiſioneꝫ uenire ad minimū ignem. qui et ſi ha

beat formā ignis et ſpeciem. et poſſit ulteriuſ di
uidi manente forma et ſpē ignis. non tamen pt̄
ulterius diuidi per ſpecies ita ꝙ maneat motus
ſurſum. et ita quo ad formā relatam ad motum
ē aliqn̄ ignis indiuiſibiſ. qui tamen de ſe eſt diui
ſibiſ in infinitū. Similiter autem eſt et in ſucceſ
ſiuis. ſicut in uoce et in tempore commenſurante
ipſam. Nam ꝗuis tempus ſm ſe in infinitum ſit
diuiſibile tamen compando ipſuꝫ ad uocem quā
menſurat manifeſtū eſt ꝙ contingit voceꝫ gn̄ari
in aliquo tempe tanpuo ꝙ ſi generaretur in mi
nori non ſaluaretur in ea ſpecies uocis. et tale tē
pus dr̄ hic correptū. et huius geminacō conſtitu
it tempus ꝓductum. ſic ergo manifeſtū eſt ꝙ n̄
omne tempus ē productū. ꝗuis de ſe ſit diuiſibi
le in infinitū. ꝙ ſic non ſumit̄ tempuſ productuꝫ
ſꝫ pro geminato tempe correpto. ſicut dictū ē. ſcꝫ
ſm ꝙ eſt indiuiſibile non in ſe ſꝫ in compatione
ad uocem. ſiue ad ipſam formā uocis. Sic auteꝫ
non eſt diuiſibile in infinitū. ¶ Item queritur. cū
tanta uideatur eſſe mora in ḡui accentu quanta
in acuto ſm eleuacōneꝫ. ꝙ magis ponit̄ acutus
eſſe accentuſ pꝛīcipał ꝗ grauis. quare ergo ponū
tur alij accentus a graui eſſe principales. et gra
uiſ non. Ad hoc rn̄deo. ꝙ accentuſ pꝛīcipał fit ꝑ
ſonoritatem. Sonoritaſ autē magiſ habetur ꝑ ele
uacōnem ꝗ ꝑ depꝛſſionem. et ꝓpterea accentus ꝗ
conſiſtunt in eleuacōne magiſ conſtituuntur pꝛīci
paleſ ꝗ ille qui conſiſtit in depꝛſſione. Sed acutus
et circūflexus magiſ conſiſtunt in eleuacōne. et ḡ
uis magiſ in depꝛſſione. et ꝓpterea ponūt̄ acutus
et circūflexus eſſe pꝛīcipales. et ḡuis non. Qꝫ aūt
ſonoritas magiſ habet̄ ꝑ eleuacōnem ꝗ ꝑ depꝛſſi
onem. ſic oñditur. Mora maior maiorem cauſat
ſonoritatem. ſꝫ maior ē mora in eleuatione ꝗ in
depꝛſſione. ergo maior ſonoritas. Et ꝙ maior ſit
mora in eleuacōne ꝗ in depꝛſſione ſic oñdit̄. Ele
uacō non fit niſi ꝑ motū inſtrumentoꝝ ſurſuꝫ. de
pꝛſſio uo ꝑ motum eoꝝdem deorſum. Sed ipſa in
ſtrumēta cū ſint ḡuia naturaliter mouent̄ deorſuꝫ
non autem ſurſum niſi ꝑ uiolentiam. et ideo facili
us mouent̄ ad depꝛſſionem ꝗ ad eleuacōnem. et
ideo minor fit mora in depreſſione ꝗ in eleuacō
ne. Quare cū in accentu ḡui fiat depꝛſſio. in alijs
autem eleuacō. minor fit mora in ipſo ꝗ in alijs
et ita minor ſonoritas. Si autē dicaſ ꝙ circūflex
us conſiſtit tam in eleuacōne ꝗ in depꝛſſione. Et
ita quatenus erit accentus pꝛīcipał erit et nō pꝛī
cipał iam patet ſolucō. maior eniꝫ mora fit in e
leuacōne ꝗ in depꝛſſione. et ideo maior ſonoritaſ
fit et magis conſiſtit et pꝛīcipalius in eleuatione
ꝗ in depreſſione. et ideo rōne eleuacōniſ dr̄ pꝛīci
pał et non racōne depꝛſſionis ſecūdarius. ¶ Item
queritur. quare tantū vnus accentus pꝛīcipał de
bet eſſe vnius dcōnis. Solucō. Accentus pꝛīcipał
ē ad continuandū ꝑtes dcōnis ſic ut fiant tam ꝗ
vnū materiale reſpcū ſignificacōniſ rn̄tande. hoc
autem maxime fit ꝑ aliquod vnū continuans. ꝗ
re neceſſe ē eſſe in dcōne vnicū accentū pꝛīcipalē.
continuantem eius ꝑtes. ad quē relique ſille dcō
nis inclinant̄ quemadmodū oīs ꝑtes corpis ad
vnā cōmunem ꝑfcōnem pꝛīcipalem inclinant̄ in
quantū ſunt ꝑtes vnius. ¶ Item querit̄ quare ac
centus circūflexus non pt̄ fieri niſi in lōgā uł ſilła
naturaliter longa. acutus uo in bꝛui pt̄ fieri. ad hꝫ
dicenduꝫ ē. ꝙ circūflexus accentus conſiſtit in ele

uacōne et depſſione. Ad hoc autem φ eleuacō et
ipſa depreſſio ſint ſupra idem atq ſupra eandem
lrām exigitur duplex tempus. φ utraq in vno tē
pe niſi fuerit productū fieri non pt ſimul. vñ ne
ceſſe ē φ illa uocal' que accipe debet circumflex
um accentū habeat tempus productū. Vnd non
poteſt fieri accentus circūflexus niſi in lrā natura
liter longa. Acutus autez accentus conſiſtit in ſo
la eleuacōne. que in vnico tempe ſup vnā lrām
fieri contingit. Vnde cū omnis uocal' et omnis ſil
laba habeat vnū tempus ad minus. pt omnis uo
cal' et omnis ſillaba ſuſtentare acutū accentū. Ex
hoc patet. φ qui ſillaba longa pōne terminetur
p conſonantem. et geminacō conſonantis termine
tur in depſſione. ſicut accentus circūflexus. tamen
ob hoc non contingit φ in ſillaba tali fieri hēat
tal' accentus. quia ſup eandem lrām nīo. et ante
φ aliqua lrā grauet' in uoce. oportet fieri eleuacō
nem et depſſionem ubicumq debet fieri circūflex
us accentus. vñ ſubſequens generacō conſonanti
um facere non pt φ circūflectatur illa uocalis ſi
ſimpliciter fuerit correpta. ¶ Item queritur de re
gul' quas dat ps de diſſillabis et poliſillabis ſic. ſi
pnl' fuerit prod naturaliter. et ultima fuerit corr
pnl' circumflectitur. Si autem pnl' fuerit correpta
naturaliter. et ultima prod acuetur et non circum
flectetur. Queritur ergo cauſa. uidetur enim φ di
cat falſum. Quia circūflexus accentus non exigit
niſi ſillām naturaliter prod. vnde uidetur ſiue ul
tima producta ſit ſiue cor. dūmodo pnl' ſit longa
naturaliter. φ ſup ipſaz poſſit fieri accentus circū
flexus. Item circūflexus accentus determinat ſilla
bam naturaliter prod. ergo productio confert ad
hoc φ ſit circūflexus accentus. ergo ultima exñte
prod mag circūflectetur pnl' exñs prod. φ ultima
exñte cor. Ad hoc dicendū φ ultima exñte prod
non pt penl' circūflecti. Et hec cauſa ē. quia accen
tus circūflexus non patitur poſt ſe in eadem dcō
ne duas ſillabas bues. et vna ſillaba prod eqpol
let duabus bubus. pptera non patitur poſt ſe ci
cumflexus accentus vnam prod. Cauſa autē qua
re non patitur duas ſillabas bues poſt ſe ē. quia
non patitur poſt ſuā eleuacōnem niſi duplicē de
pſſionem. vñ cū poſt eleuacōnem factam in ipſo
circumflexo adhuc fit in eodem depſſio. non erit
poſt ipſum niſi vna ſillaba longa ul' vna depreſ
ſio. et ita non patitur poſt ſe duas ſillabas bues
ul' vnā prod que eis equipollet. Item cauſa qua
re non patitur poſt ſe niſi duplicem depſſionem
eſt quia pncipal' accentus cuz non poſſit eſſe in
fine attendit' tamen in relacōne ad finem. et ideo
maxime h φ pt debet eſſe ppinquus fini. ſz ſi pro
pinquus fini non erit. ſequit' ipſum magis φ vna
depſſio. vnde poſt eleuacōnez pncipalis accentus
non ponitur niſi vnica ul' duplex depreſſio vnica
ut qñ penultima acuitur. Duplex ut qñ pnl' circū
flectit'. ul' antepnl' acuitur. ¶ Ad pmum obiectū
dicendūz. φ circūflexus exigit ſillām naturaliter
prod. non quocūq mō. ſz ſubſequente ſillaba bui
vñ nō ſolū exigit ſillām naturaliter prod ſz etiā
ita φ ſubſequatur ſillaba buis. ¶ Ad aliud dicē
dū φ productio dupliciter confert ad accentum
circūflexū. quod aliqñ fit. aliqñ non. Confert enī
productō ad accentū circūflexū. ſi ſit in eadem ſil
laba cū accentu circūflexo. non confert autē ſi ſit
extra ſillām. ¶ Dubitatur de hoc quod ē ſupra
ſuppoſitū. ſcz φ tantū duplex depreſſio fieri debet
poſt pncipalem accentū. et φ ſillaba longa hēat
quaſi duas depſſiones. tūc eniz uidet' φ antepenl'
non pt acui penl' exñte prod. Tūc enim ſequitur
triplex depſſio pncipalem accentū. Et dicendū φ
eleuacō acuti accentus pt poſt ſe triplicem depſſi
onem habere dicto mō. ſz non eleuacō circūflexi.
Cuius cauſa ē quia accentus de ſui natura determi
nat ſibi depſſionem. vñ non tantū attenditur du
plex depſſio poſt acutum φ poſt circūflexum. et
ſic non tantam facit ſonoritatem. nec turpē ſonū
depſſionis. ¶ Item queritur de hoc quod dicit φ
in triſſillabis qñ pnl' ē cor antepnl' ſemp acuitur
et ſeruat accentū pncipalem. Sed exquo añpenl'
pt eſſe cor. ſicut et penultima. queritur tunc qñ
utraq earū eſt buis. quare magis accentus pncipa
lis cadit ſup antepnl'. φ ſup pnl'. Solucō. hoc eſt
pter maiorē tempm diſtinccōnem. φ maior eſt
diſtinctio tempm utraq. ſcz tam pnl' φ antepenl'
exñte correpta. ſi antepnl' acuatur. φ ſi acuatur
pnl'. et hoc ſic pſpiciendū eſt. Hec dcō legere cor
ripitur in pnl' et antepnl'. Si ergo ſup penl' fieret
accentus non determinaretur utrū eſſet buis uel
longa. φ tam buis φ longa pt acui. ſed cum ſit
acutus in añpnl' determinatur p prolacōnem ip
ſam pnl' buem eſſe.

Poſitis regul' generalibus accentus. et mo
tis qōnibus circa eas. uideamus quot loca
obtineat accentus pncipalis. Et ſcias ergo
φ ſicut dicit ps. in li de accentu. ¶ Acutus accen
tus apud latinos duo loca obtinet pnl' et añpnl'
apud grecos uero antepnl' et pnl' et ultimā. Circū
flexus uo pnl' tantū. Ponit' namq quis accentus
cū acuto et circūflexo in eadez dcōne. ſz non in ea
dez ſillaba. Obſeruat' namq accentus vnus in in
tegris dcōnibus. ut romanus. hiſpanus. In cōpo
ſitis uero vnus ſimiliter. ut maleſanus.

Ad declaracōnem predcōrū. pmo queritur qua
re apud nos pncipalis accentus non pt fieri
in ultima ſillaba ppe ſicut apud grecos. cū nos g
corū ymitatores ſimus. Solucō in ultima ſilla cō
uenientior ē depreſſio φ eleuacō. φ in fine dictio
nis clauduntur labia pprie et quieſcunt. ſz ad h φ
claudant' inſtrumenta. oportet φ ſit motus deor
ſum. et ita depſſio. ſed accentus pncipal' non fit p
depſſionem. ſed per eleuacōnem. et ita apud nos
ſup ultimam ſillām non fit pncipalis accentus et
hec ē conſideracō latinorū. quare in ultima ſillaba
ppe ñ accidit pncipal' accentus. Racō autez quare
ipſi greci ſup ultimā ſillām potuerūt habere prin
cipalem accentū hec pt eſſe. quia ſignatio dcōnis
maxime cognoſcit' p finem. et ideo ad diſcernen
dū ſignacōnem dcōnis potuerūt accentuare in ul
tima ſillaba. que ē finis dcōnis. et hoc potuit eē
eorū conſideracō. ¶ Item querit' quare pncipal' ac
centus apud latinos habet ſolū hec loca ſcz penl'
et antepnl' et non plura. Item cū utrumq fiat in lo
co pnl'. queritur quare non ſimiliter fiat in ante
pnl'. et hoc ē querē. quare circumflexus accentus
non fit in antepnl' loco. ſicut acutus. ymo ſolum
fit in pnl'. et acutus in utroq loco. ¶ Ad pmum
dico. φ accentus pncipal' fit in dcōne. aliquo mō
pter diſcernendū ſignificationem dcōnis. vñ in
eſt dcōni p relacōnem ad ſuā ſignificacōnem. ſed
ſignificacō pncipalis dcōnis attenditur penes finē
et pptera iuxta finem. ſm φ iam dictū eſt fieri

debet accentus principalis.q2 in fine fieri non p̄t
ſicut ſupiuſ eſt oñſum. Quare oportet q̄ ſit in lo
co poſituſ ꝓximo fini.ſicut in pn̄l' uľ in ꝓximo
tantū vno mediante.ſicut in añ penultimo.et ita
non p̄t pn̄cipalis accentus habere plura loca.nec
alia ab iſtis. Alia cauſa ad idem.qa ſi ponat̄ ac
centus pn̄cipal' alibi.ſicut in loco p̄cedente ante
pn̄l'.fieret nimia dep̄ſſio.et ita nimia inſonoritaſ
ut patet in hac dcōne p̄dixent. Si enim fieret ac
centus pn̄cipal' ſup̄ p̄mam ſillām.nimia fieret de
p̄ſſio ꝓpter tres ſubſeq̄ntes uſ ſus finem dcōnis.et
ita nimia inſonoritas.ſicut patet in expimento.
uel ſenſibiliter.ſ ꝓferatur dcō illa tali mō.ſic er
go neceſſariū fuit pn̄cipales accentus nō plures
eſſe uľ alioſ ſituſ habere. Ex hoc eciā patet quare
utero3 pn̄cipal' accentus cadit in penľ ſillaba uel
in antepn̄l'.quia ex iam dictiſ patet q̄ ad eupho
niā faciendā poſt eleuacōnem pn̄cipal' accentus
non debet fieri niſi vna dep̄ſſio.uľ due ad plus.ſ
pn̄cipal' accentus in eo q̄ talis ſolū conſiſtit in e
leuacōne. Quare cū pn̄cipal' accentus.qui ē circū
flexus habeat in fine ſui dep̄ſſionem.et poſt ele
uacōnem.non debet ſequi niſi duplex dep̄ſſio ad
plus.cauſa p̄cedā. Propterea ſolū in penul' fieri
habet circūflexus. Si uero fiat in antepn̄l' ipſe cir
cūflexus habet poſt eleuacōnem in quo conſiſtit
accentus pn̄cipal' dep̄ſſionem vnā.et eciā ſequū
tur due ſillabe quare.et ita duplex depreſſio. Et
ita poſt pn̄cipalem accentū ſunt tres dep̄ſſiones
et ſic manifeſtū eſt.q̄ nimia fieret ſic dep̄ſſio et
inſonoritas.et ita oportet q̄ ſit in pn̄l' ſilba.acu
tus autē accentuſ non habet niſi eleuacōne3 ſolū
vnde ſi ponat̄ in pn̄l' ſillaba ſequit̄ ipſum vna de
p̄ſſio. Si autē in antepenl' duplex.et hoc pmittit
ſonoritaſ et euphonia.ſ non ſinit tripli ū et qua
druplicem dep̄ſſionē et optet ſubſequi eleuacōnē
accentus pn̄cipalis.vñ tantū in penľ et antepenľ
ſillā p̄t fieri accentus.et ſic patet ſolucō ad q̄ſitū
Oſtenſo que.
et quot loca obtineat pn̄cipal' accentuſ et
quare.conſeq̄nter ponende ſunt quedā re
gule generales ad cognoſcendū accentū cuiuſlib3
ſillabe. Nota ergo q̄ uocal' añ alteram uocalem
apud latinos b̄uiatur.ut deus.p̄ter fio fiebaz.qđ
prođ i putam ubicumq3 nō habet r.cū omnibus
ſuis compoſitis.qñ ſignificat paſſionem. Nam ſi
r ſequitur ad e.b̄uiatur i añ e.ut fierem fieri.et
p̄ter gt̄os et dt̄os quinte declinacōnis.hñtes treſ
uocales continuas.in quibus e añ i producit̄.ut
diei.et preter genitiūos hñtes i uocalem ante us
que cōmunis eſt in uſu.ſed in proſa ꝓducitur.ut
vnius.ſ tamen alterius b̄uis eſt longatur alius
Apud grecos uō ſepius producitur.ut aer medea
et hinc eſt q̄ ſm quoſdam nomina notha pn̄t in
pn̄l' corripi et produci.ſm patrie conſuetudinem
et uolūtatem legentis.vñ dicit hug' in fagin. In
hoc nomine ſcenophegia licet et corripe et ꝓdu
cere pn̄l'.ſm uolūtatem legentis.eſt enim nomē
non nothū. Quia ergo a greco dñdit p̄t pn̄l' pro
duci.apud grecos in multis uocal' añ uocalem ꝓ
ducitur.ſ q2 ad formam latinitatis reductū ē p̄t
et corripi in legendo. Apud latinoſ eni3 uocal' añ
uocalem non producit̄ niſi in paucis. De nomini
bus ymitantibus grēca.ut lombardia.require in
impedimento uſus. Jn̄ eciā eſt q̄ uocal' añ uoca
lē in eodem nomine et in eadem ſignificatione in

uenitur qñq3 corripi et ꝓduc.vnde dicit magiſter
bene. Primis ſillabis ꝓpoꝝ nominū indiffer pof
ſumuſ uti.ut iacobus.niſi ſit ibi uocal' añ uocalē
uľ poſitio.uľ dyptongus.uľ contra celebrē uſum
autoꝝ.ut ceſar.q2 ſemp autores p̄mam ꝓducūt
Diſcrepant tamen aliqñ autores habito reſpectu
ad diuſa. Nam orion prođ p̄mam ſm ouiđ. Oſti
tit orion latona nitentibus aſtriſ Atq3 ſm ūgiliū
corripitur. Orpheuſ in ſiluis inter delphinaſ orion
Hoc ſepe contingit propter diuſas ſignificacōnes
ut h̄. Nam ouiđ accipit orion pro quadam ſtella.
ſed ūgil' ꝓ quodam citharedo. Qñq3 autē in eađ
ſignificatione inuenit̄ corripi et produci.ut patet
in hoc nomine dyana. Nam corripit̄ ab ouiđ.qđ
iuuat intincte ſtudia exercere dyana. Sed a uirgi
lio ꝓducitur ibi. Exercet dyana choroſ quē mille
ſecute. Hoc autem contingit habito reſpcū nunc
ad linguā grecam.nūc ad latinā. Ex hoc patet q̄
framea romphea diuſo reſpcū pn̄t corripi et pro
duci in pn̄l'.uſus tamen habet q̄ pn̄l' corripiatur
